



Symma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,
discussa, & explicata

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

CVIII. Iure civili non potest procedi ad sententiam definitivam lite non
contestatā, nisi in causa appellationis:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

CVIII.

DIFFERENTIA 34°

Iure civili non potest procedi ad sententiam definitivam lite non contestata, nisi in causa appellacionis: l. ult. §. illud, C. de temp. app. At Iure Canonico in causa matrimonii permittitur, quando agitur de conjugendo fædere matrimonii, & in causis electionum, c. i. & c. Quoniam.

Vt lite non contestata Bart. 35.

I. Litis contestatio principium ac fundamentum judicij est, c. Cum de causis, & ibi Decim de off. deleg. c. Cum causam, de appellat. ob idque omissione illius totum processum virtutem Glossa in c. Dendum, de elect. Summopere necessaria igitur, ne processus sistatur, & decidi queat controversia. Excipiuntur tamen primæ causæ summariæ, quæ liris contestatione omisso peraguntur. Secundum causæ appellacionis, dummodo in prima liris instantia adhibita sit. Censerur enim effectus illius manere, & usque ad Judicem appellacionis produci. Decim in c. Per tuas, de appell. Maranta part. 6. §. de litio contest. num. 9.

II. Iure Canonico insuper causæ matrimoniales de controvando matrimonio absque litis contestatione tractantur; cum vero de dissolvingo lis est, contestatio non omittitur, c. I. Vt lite non cont. Licet ordo judicialis in matrimonialibus causis non usque quaque servetur, quia tamen in præsenti negotio, non

de fædere matrimonii, sed criminis ulterrim agitur, lite non contestata ad definitivam sententiam non est procedendum. Iterum in c. Quoniam, §. Porro, et. Cum super alicujus electione vel copula maritali (contrahenda vel contrata) quæstio movetur, & contumax appetit, in quem actio fuit ditigenda, vel quia peregrinorū citatus venire contemnit, vel quia impedit, ne ad illum possit citatio venire, testes liti non contestata merito sunt admittendi, & id sententiam definitivam procedendum est.

Animadvertis, credo, quam modica utriusque Juris differentia sit, cum non minus in Civili quam ecclesiastico exceptiones reperiuntur. V. Andr.

Gall. 1. 1. ob-
serv. 76.

* *

GIX. DII.